Bibliothèque numérique

medic@

Becquet, Claude - candidat / Fernel, Jean - président. - An frigidas Destillationes maturet febris ?

1543.
[Paris]
Cote : ms 72 n°5

PARIS biu Santé

(c) Bibliothèque interuniversitaire de santé (Paris)
Adresse permanente : http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?ms00072_ms00080x01x0005

Pro Cardinali

Disputanda In Scholis Medicorum die martis 17a Aprilis

Praes. Litteratissimo viro Joanne Fernelio Doct. Med.

An frigidas destillationes maturet febris?

Cerebrum motus, Meningis sensus gratia conditum sunt: In his aut praeter naturam [illegible] fiunt dolores capitis: In illius substantia Phrenitis, furor, delirium, Lethargus, sopor, catochus, Melancholia, oblivio, quae nonnunquam posteriorum cerebri partium potius quam priorum laesa [illegible] et meatuum obstructione Apoplexia, Epilepsia, Paralysis, tremor, Convulsio.

Ab excrementis cerebri, quae frigida nunquam aut raro calida sunt, dum in cerebri ventriculis ad hoc maxime conditis coacervata [illegible] copia gravant, hinc in partes subjectas [illegible] [illegible], [illegible] affectus nasi [illegible], Lienteria, Cruditas, Arthritis, tussis, asthma stabile: nunquam autem Pleuritis, raro vero Angina, neque Peripneumonia.

Cerebri affectus ex loci natura, atque situ aegre solubiles, quia evacuatio parum levantes; Caloris tamen praesidijs ea est praemittenda: In vehementi dolore, phrenitide, lethargo, furore, Melancholia calida fotio magis, in tremore, paralysi et arthritide purgatio, nunquam autem calida fotio confert: [illegible] Epilepsia in pueris, quam in senioribus [illegible] et Apoplexia antiquum.

Destillationibus purgatio (quae omnibus morbi temporibus tuto adhiberi potest) nunquam autem calida fotione probe consulitur; [illegible] haec est prudens in pleuritide, angina, aliisque; Inflammationibus non parum confert; in synochis tamen perniciosa est.

Maturatio morbi, sive hostilis sive aliena sit materia, cum alimenti coctione est eadem, a materiae tamen praeparatione diversa: haec a Medico et natura, illa a sola natura perficitur: febrilis calor nullius [illegible] coctionem operatur, [illegible] et putredinis orta non genuinae, nullas inflammationum suppurationes efficit, naturae nunquam hostilis esse potest.

Frigidas igitur destillationes non maturat febris.

Asserebat Claudius Becquet 1543.

F.B.P.